



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. IV. Exante. Inante. Insuper habere. Superesse prodefendere.
Emendatus Appuleius & de Oratore Cicero.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

verba posteriore numeri non pleni sunt, & mea sententia nihil certius quàm excidisse hinc ob similitudinem litterarum voculam, scribendumque esse, *Sed tu posterior.* P. H. *ordine omnem rem tenes.*

Scena Ne exspectetis.

— *adduce huc tu istas: sed ista regina domi sua fuere amba: verum patriam ego excidi manu.*
Iu te dono. penitet ne te quod ancillas iam?
 P. H. *Quin etiam ne insuper adducas quæ mihi comedint cibum.*

Locus & à personarum collocatione & à verbis corruptus. Docet vtrumque Donatus, qui simillima ait hæc Terentij Eunuchis:

An penitebat flagitij te auctore quod fecisset
Adolescens, ni miserum insuper etiam indicares patri?
 Plauti verba laudat; sed, vt nunc in libris est, corruptissimè: nos vestigiis, quàm potuit, proximè inherentes ita restituimus.

Iu te dono. P. H. *penitet ne te, quod ancillas olas alam,*
Ni insuper etiam adducas, quæ mihi comedint cibum?
 Quam fastidiret miles in commendandi munere, meretricula callidè eiusdem eleuandi; an, inquit, parum tibi videtur, familiam tantam, quam vides, alere? nisi adducas mihi etiam plures, quæ rem meam deuoerent. Ita scribisse Plautum, aut certè proximè, vt ego taceam, res loquitur.

CAPVT IV

Exante. Inante. Insuper habere. Superesse pro defendere.
Emendatus Appuleius & de Oratore Cicero.

Non grauabor ex Appuleio quoque maculas aliquot tollere, scriptore supra vulgi opinionem bono,
 C S & per-

& per studioso vetustæ & germanæ Latinitatis :
men etsi affectata in illo, & à pedestri stylo abba-
rentia, multa. Sed scitum est Athenæi illud *ἡρώδης*
ἡρώδης λόγος δ' εἰν γλυκεῖον ἀποκλύσειν ἡρώδης. Libro
mo Milesiarum, siue de Asino aureo hæc notabam.

Et tamen Athenis proximè & ante Pæcilen portum
geminò obtutu circulatorum affexi equestrem *ἡρώδης*
præcutam mucrone infesto deuorasse.

Suspicio corrigendum, Ex ante Pæcilen portum
ante vetustè, pro ante: vt Propertio in ante: *Hic*
nam exemplo ponat in ante meam. Ibidem:

Hic quædam amoribus subterhabitis, non solum me
famat probis, verum etiam fugam instruit.

Legendum, meis amoribus in super-habitis. In super-
habere est negligere, contemnere: vsu eo verbo Pa-
pinianus I. C. in Pandectis bis, item Gellius & Appuleius
alibi. Huic contrarium est superesse, pro auxilio esse & defendere.
nam malè Gellius ita Latinè nos loqui posse negat: & rectè Palmerius notat
adductis in medium exemplis aliquot contra tenet
de quo ne dubitari possit vltius, testem adducit
quem numquam ita impudens erit vt reiicere audeat
Gellius, M. Ciceronem libro primo De Oratore.
Equidem, inquit, propinquum nostrum P. Crassum illi
diuitem cum multis aliis in rebus elegantem hominem & or-
natum, tum præcipuè in hoc esse ferendum & laudandum pro-
to, quòd cum Scauula frater esset, solitus est ei persape dicere,
&c. Quo in loco postrema verba manifesta ver-
tij. neque enim Scauula Crassus aut natura aut ad-
optione frater fuit: & præclare membranæ collegij
Tofani, quarum lectiõnes mihi ostendit vir doctissimus
& mihi non amicitia solum sed & hospitij no-
mine coniunctissimus Suffridus Petrus, præclare in-
quam

Ante M
Varia Le
LIII
23

quam illa: quod cum P. Scauula superesset. hoc est, ut
 ego interpretor, tutelam illius gereret. Tutores enim
 pupillorum rebus supersunt; quod ipsi per ætatem
 non possint. ita ergo isthic emendandum censeo.

Eodem Appuleij libro, infrà.

Medico deinde regressa, patefactis adibus: Rogat te, in-
 quit inatili me, eumque accubantem exiguo admodum
 grabatulo & commodum canare incipientem inuenio.
 Nihil deest, quod cupiam videri possit: interpun-
 ctione tantum indiget, & leui correctione. Rogat te,
 inquit: inatili me. Rogandi solo verbo tebantur, cum
 quem ut vnà esset & accumberet inuiderent. Ipse
 Appuleius libro hoc extremo: Et ecce Fotis ancilla, ro-
 gat te, inquit, hospes,

CAPVT V.

Tegillum & tectum, pro veste. Alieni. Appuleius correctus:
 nem Lucillus apud Nonium & Cato apud Festum.

TEGILLVM pro integumento corporis seu veste
 plebeia frequentatum constat è Festo & No-
 nio, & exemplis quæ iidem laudant, Plauti Rudente:

Tegillum eccillud mi vnum arefcit, id si vis dabo.

Eodem amictus, eodem tectus esse soleo cum pluit.

Et Varronis Sefqui-Vlyffe:

Ingere volitans miluos visus aquam è nubibus

Tortam indicat adfore: tegillum vt pastor sibi

Sumat.

Id verbum reponendum apud Appuleium libro ix.

Nonnulli exiguo tegillo tantummodo pubem in tecti. Malè
 enim vulgò, tegili. Porro adicit Nonius, deminutum
 esse à tecto. rectè. Sic enim à recta, quod itidem vestis
 genus est, regilla: & tecto quoque vestem significari
 argu-